



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Qualiter Avgvstensem ciuitatem ceperit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Ducis Lotharingorum, & Adilberonis Episcopi Metensis, postquā *haberemus Regalem villam Mörigen, & in Longobardia Clismam cortem nobilissimam, cuius sunt x i. milia mansuum vno vallo comprehensi.

Ira lego. in m. / est. heremus.

QUALITER AVGVSTENSEM
ciuitatem ceperit.

ISTE est Gvvelf, qui aliquando auxiliante sibi Ernesto Duce Sueviæ Imperatori Conrado Salico rebellabat, & cū Brounone Augustensi Episcopo maximas prædas & incendia faciens, nec non & castella, & munitiones eius diripiens, tandemque ipsam ciuitatem capiens diu dimicabat. Cui Frisingensis Episcopus auxilium ferens eadem ab eo perpeffus est. Hic etiam Abbatiam Altorfensem, transferendo huc monachos de Altenmünster & sanctimoniales nostras illuc ponendo permutauit. In qua Abbatia & ipse postmodū defunctus requiescit. Vxor verò eius adhuc diu superstes in Altenmünster sepulta est. Hic cū ad senectutem peruenisset, & malorum, quæ Ecclesijs Augustensi, & Frisingensi intulerat, sæpius sæpiusque reuoluens animo, recordaretur, ad emendationem cum magna cordis contritione anhelans, examinationem sibi per iudicium aquæ frigide elegit, in qua nõ aliud preciū sibi sufficere estimans, villas super villas cum omni iure suo in ipso examine accumulans composuit, & sic recompensando illatum damnum ad perfectam purgationem peruenit. Quas villas, iuxta modū & qualitatem damni, vtriq; Ecclesiæ sine dilatione in perpetuā possessionem donauit. Hic genuit filiam Chunihā nomine, quā *Alho ditissimus Marchio Estensis Italiæ, cū curte *Elisma dotatam in vxorē duxit, & ex ea Gvvelfum totius terræ nostræ futurum hæredem & dominum progeniuit.

De

*f. Azzo, de quo
postea.
f. Clisma.*

MCCLXV
SII
um, um,
SIV
24

De quo suo in loco dicendum est. Genuit & filium suum
 minis Gvvelsum, virum per omnia probatum, qui Duce-
 tum Carinthiorum & Marchiam Veronensem acquirit
 & strenuissimè rexit. Dicitur de eo, quòd cùm in proci-
 effet, & Imperatorem Heinricum tertium, per triduum
 tra statutum tempus, in loco qui dicitur Rungalle, ubi
 exercitus convenire solet, quòd & se venturum iuramen-
 constrinxerat, præstolaretur, & nec nuncium quidem
 causam moræ illius exponeret, haberet, erecto signo
 uocatis Dominis reuersionis iter arripuit. Cui tandem
 perator occurrens nec muneribus nec promissionibus,
 saltem minis ab incepta repatriatione remouere potuit.

7.

QUALITER IMPERATORI
 restitit.

Qvodam etiam tempore cùm Imperator Veronensis
 cuius exactionem inferens, mille marchas ab eis
 torisset, ipse ex improviso superueniens, tanta eum su-
 feueritate & contumelia afflixit, vt vix Imperator, pecunia
 ex integro reddita, securitatem exeundi obtineret. Idem
 etiam Gvvelfo monasterium in mōte * antiquum in hono-
 re sancti Martini fundauit, nomen VVingartin imposuit,
 quod de villa translatis monachis, & ossib. patris sui Gvvel-
 & patris Heinrici, & qui Rudolphi Ecclesiam priorem
 rochiam esse constituit.

Hic denique Gvvelf sub iuuenili ætate, cùm esset in
 stro Botamo, morbo correptus est, vidensq; sibi imminere
 mortem omne patrimonium suum cum ministerialibus
 quia heredem ex se non habuit, ad cœnobium Altorfense
 se sancto Martino in perpetuam possessionem donauit,
 hoc perficiendum duobus de Maioribus suis, qui tunc
 cum